



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 31. Res Poloniæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV.
A. C. 1432.

faveret Alphonso Arragonum Regi, quem Caraciolus in Siciliam revocavit, spe facta, eum a Regina denuo adoptatum iri. Nec sua eum spes fefellit; quippe Regina adoptionem Andegavensi factam jusque in Neapolis Regno succedendi rescidit, & quam olim Alphonso Arragonia Regi asseruerat, adoptionem innovavit hacque super re publicas tabulas conficijussit, sigillo tamen suo clausas, ne Galis innotescerent.

§. XXXI.

Res Poloniæ.

Crom. l. 10.

Interea Bohemorum Legati in Poloniam ad Ladislaum Regem delati, auxiliis contra Equites Teutonicos in Prussia, qui Polonos assiduis vexationibus, ac bellicis insultibus premebant, pollicentur, nuntiantque Regi, Basileensis Synodi Patres valde in eum propensos esse. Igitur Ladislaus hosce Legatos comiter ac magnifice habuit, pariterque Archiepiscopus Gnesnensis, aliique Prælati illos ad Sacrorum communionem admiserunt. Postquam autem Cracoviam pervenerant, mox jussu Sbignei urbis hujus Episcopi in tota civitate divinis interdictum est. Rex hoc facto tantopere in Episcopum exarscescebat, ut etiam comminaretur, eum pari, quam Petrus ejus Prædecessor expertus

quem
, spe
tatum
quippe
actam
di re
gonia
vavit
confic
e Gab

pertus fuisset, sorte plectendum. Cui Sæcul. XV.
A. C. 1432.
Episcopus ejusmodi minis nequaquam
territus, virili constantia reposuit: „Cum
„ de Religione agitur, nihil omnino refor-
„ mido, sed pro illa omne tormentorum
„ genus subire paratus sum; de cetero
„ meminisset Rex, sanguinem Petri adeo
„ injuste effusum adhucdum vindictam
„ de cælo expetere, Deumque illius caus-
„ sæ vindicem ac defensorem fore. „ De
eodem Episcopo referunt Scriptores, quod
quamvis monitus esset, quosdam a Rege
subornatos fuisse, qui eum de medio tol-
lerent, ille nihilominus ad evitandum hoc
mortis periculum nulla cautela usus, eo-
dem in lecto suo, nulla sibi adhibita custodia
cubuisset, imo & intempesta nocte cum uno
solo Sacerdote ad Cathedralē Eccle-
siam suam perrexisset, neque adversi quic-
quam perpeffus fuisset, sive quia Rex sa-
crilegum mutaverat consilium, sive quia
ejus minæ non nisi vanæ & inanes fue-
rant. Eugenius tamen ejus zelum præ-
miaturus, illum postea Cardinalitia digni-
tate decoravit.

§. XXXII.

Carmelitarum Regulae mitigatio.

Hoc eodem anno die decima quinta Fe- Bullar. to. 1.
Eugen. 14.
Const. 3.
bruarii Papa Bullam edidit, qua Car-
melitis tribus in hebdomada diebus car-
E 2 nibus